

fuit, remittimus, damus et libere volumus dictis episcopo et ecclesie^a remanere, sperantes in eo, per quem reges regnant et principes dominantur, quod per huiusmodi restitutionem et donationem, quas devotis exequimur affectibus pioque proposito, nostre inclite Margarete Romanorum regine ac liberorum nostrorum crescat nostre^b salutis effectus, et progenitorum nostrorum animabus in eterna beatitudine requies preparetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre restitutionis et nove donationis infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre mayestatis offensam incurret et nichilominus quadraginta marcas auri componet, medietatem fisco nostro, reliquum vero passis iniuriam soluturus. Testes huius rei sunt venerabiles Ottobonus Aquilegyensis^c, patriarcha, Baldewinus Treverensis, noster germanus frater, Ysnardus Thebane et Castonus^d Mediolanensis^e ecclesiarum archiepiscopi, Theobaldus Leodiensis et Aymo Gebennensis^f episcopi illustres, Liupoldus^g dux Austrie et Amedeus comes Sabaudie^h, principes nostri dilectiⁱ, ac nobiles viri Guido et Heinricus marscalcus noster, fratres de Flandria, consanguinei nostri, Lodewicus^k comes de Ötingen iunior et Fridericus burcgravius^l de Nüremberch^m, Heinricusⁿ magister coquine regalis et Liutpoldus^o frater suus necnon strenui^p viri Heinricus de Salhach^q, Albertus dictus Stozzer, Werenherus dictus Zalboum de Pappenheim^r, Hartmannus de Mûnster^s, milites, et alii quamplures. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre mayestatis sigillo fecimus communiri.

Signum domini Heinrici Romanorum regis invictissimi. (S. N.)

Datum in castris ante Brixiam XI. Kalen.^t Septembris, indictione nona, anno domini M^o CCC^{mo} XI^o^u, regni vero nostri anno tercio.

Ego frater Heinricus Tridentinus episcopus, sacre imperialis aule cancellarius, vice domini Heinrici Colo-

a) B: vor 'remanere': 'perpetuo'. b) B: 'nostre' fehlt. c) B: 'Aquilegen'; C: 'Aquilegiensis'. d) B: 'Chastonus'. e) C: 'Medyolanen'. f) C: 'Gebenen'. g) B: 'Liutpoldus'; C: 'Lupoldus'. h) C: 'Sabanie'. i) B: 'dilecti' fehlt. k) B: 'Ludewicus'. l) C: 'burgravius'. m) B: 'Nuremberg'; C: 'Nürnberg'. n) B: 'Heinricus de Nortenberch'. o) B: 'Liupoldus'; C: 'Lupoldus'. p) B: 'strennu'. q) C: 'Salach'. r) C: 'Papenheim'. s) B: 'Münster'. t) A: 'Kalm'; C: 'Kln'. u) B: 'millesimo trecentesimo undecimo'.